| Text | Mensis Aprilis / 1701 / Diebus 11 et 12 Ex titulo 28 libri 5 codicis textus de testamentaria tutela agentes explicavi. / Diebus 14 et 15 De confirmando tutore tam quae in iure civili quam in recessibus imperii et iure hodierno constituta sunt ex titulo 29 attuli et explicavi. / Diebus 18 et 19 De legitima tutela ex titulo 30 explanavi. / Die 21 Habita fuit domini doctoris Bötticher oratio inauguralis. / Die 22 Qui petunt tutores vel curatores ex titulo 31 et ubi petuntur ex titulo 32. / Die 25 De tutoribus vel curatoribus illustrium vel clarissimarum personarum ex titulo 33, ut et iure hodierno egi. / Diebus 26, 27, 28 [et] 29 Impensi sunt explicando titulo 34 et materiae qui dant tutores vel curatores et qui dari possunt vel non possunt. / Mensis Maius / Diebus 2 Pro conservatione frugum publicae preces habitae fuerunt. / [v] / Die 3 Coepi |

| | |
|---|---|
| | agere de eo, quando mulier officio tutelae fungi potest. / Die 5 Incidebat festum ascensionis christi. / Die 6 Absolvi ex titulo 35 materiam quando mulier officio tutelae fungitur. / Die 9 In quibus casibus tutorem vel curatorem habenti, tutor vel curatores habenti, tutor vel curator dari potest ex titulo 36 explicui. / Diebus 10, 12 [et] 13 Coepi explicare titulum 37 de administratione tutorum vel curatorum et de pecunia pupillari foeneranda et deponenda. / Sequebantur feriae Pentecostales. / Die 26 et 27 Absolvi, quae restabant ex materia administrationis tutorum vel curatorum. / Mensis Iunius / Die 2 Dominus, Professor Engelbrecht suam inauguralem orationem habuit. / Die 3 De periculo tutorum vel curatorem legi ex titulo 38 / Die 6 et 7 Quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel conveniri possunt ex titulo 39 docui. / Die 9 An ex pluribus tutoribus vel curatoribus omnes vel unum agere vel conveniri possunt, legi ex titulo 40. / [26 r] / Die 10 Ne tutor vel curator vectigal conducere possit ex titulo 31 demonstravi. / Die 13 De tutore vel curatore, qui satis non dedit ex titulo 42 legi. / Die 14 et 16 De suspectis tutoribus et curatoribus ex legibus, 43 titulum [?] legi. / Die 17 De in litem dando tutore vel curatore ex titulo 44 discursum habitus sunt [?]. / Diebus 20, 21 [et] 23 Exposui titulos 45, 46, 47 et 48 et materias in iis comprehensas. / Die 24 Erat festum Iohannis. / Diebus 28 et 30 Praelectiones publicas intercipiebant, tum disputatio inauguralis tum doctoralis actum facultatis theologicae. / Georgius Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2530, Fol. 25 f. |
| | |
| Zeitraum | 04.07.1701–23.09.1701 |
| Text | Anno MDCCI / Mensis Iulius / Die 4 Quando tutor post pubertatem pupillo in lite adesse debet, et ubi pupillus educandus sit, ex titulo 48 et 49 libri V. explicui. / Die 5 De alimentis pupillo praestandis ex titulo 50 egi. / Die 7 et 8 Coepi legere ex titulo 51 de arbitrio et de actione tutelae directa. / Die 11 et sequentes usque ad 29 Diem tum propter nundinas Helmstadienses, tum propter iter necessarium non legi. / Die 21 Erat mutatio Vice-Rectoratus. / Die 22 Absolvi materiam actionis tutelaris, et egi insuper de tutela dividenda et pro qua parte quisque tutorum conveniatur ex titulo 52. / Die 25 De in litem iurando ex titulo 53. / Die 26 De haeredibus tutorum vel curatorum ex titulo 54. / Diebus 28 et 29 Si tutor vel curator non gessit, quid sit sui iuris, ut et de usuris puppillaribus, ac tutorum vel curatorum fideiussoribus ex titulis 55, 56, 57 docui. / [v] / Mensis Augustis / Die 1 De contrario indicio tutelae ex titulo 58 / Die 2 Oratio publice habita est. / Die 4 De auctoritate praestanda ex titulo 59 item quando tutores vel curatores esse desinent, ut et de actore â tutore vel curatore dato ex titulis 60 et 61 lectiones fuerunt habitae. / Diebus 5, 8 [et] 9 De excusationibus tutorum et curatorum et eorum temporibus ex titulo 63. / Die 12 Si tutor vel curator republicae causa vel propter militiam absit ex titulis 64 et 65 quid [?] tum iuris sit, enucleavi. / Die 15 Usque ad 19 nundinae Brunsvicenses interrumpebant lectiones. / Die 22 Consideravi personas, qui numero liberorum, morbe, aetate vel numero tutelarum se excusant, ex titulis 66, 67, 68, 69. / Diebus 23, 25 [et] 26 Textus tituli 70 de curatoribus furiosi vel prodigi agentes interpretatus sum. / Diebus 29 et 30 Coepi explicare ex titulo 71 materiam de praediis et aliis rebus minorum sine decreto non alienandis vel obligandis. / [28 r] / Mensis Septemberis / Diebus 1 et 2 Absolvi materiam de praediis et aliis rebus minorum, sine decreto non alienandis. / Diebus 5 et 6 |

| | |
|---|---|
| | Erat mercatus oppidanus. / Die 8 Quando decreto non est opus ex titulo 72. / Die 9 Si quis ignorans rem minoris esse sine decreto comparaverit ex titulo 73 explicui. / Dies 12 et 13 Impensus in explicando titulo 74 et materia si maior factus alienationem factam sine decreto habuerit ratam. / Diebus 15, 16 [et] 19 De furtis et servo corrupto ex titulo 2 libri VI actum fuit. / Diebus 20 et 22 De operis libertorum et badiernis [?] rusticorum ex titulo 3 docui. / Die 23 De obsequiis parentibus gestandis ex titulo 6 legi. / Subsequebantur feriae festi michaelis / Georgius Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2530; 37 Alt 211 Heft 1, Fol. 27 f.; Fol. 22 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 06.10.1701–23.12.1701 |
| Text | Anno MDCCI / Mensis Octobris / Die 6 Ad publicas lectiones reversus titulos 7 et 8 libri VI explicui et praecipue ex titulo 8 de reformatione politica de anno 1548 et 1577 de iure aureorum annulorum egi. / Die 7 Qui ad bonorum possessionem situs est haereditatem pratoriam admitti possunt et intra quod tempus ex titulo 9 legi. / Die 10 Nonnullas leges ex titulo praecedenti residuas exposui simul [?] ex titulo 10 demonstravi, an et quatenus jus accrescendi inter sahedes [?] pratorias locum habeat. / Die 11 De bonorum possessione hoc est haereditate praetoria secundum et contra tabulas ex titulis XI XII et XIII lectionem habui. / [v] / Die 13 De successione ab intestato praetoria ex titulo 14, 15 egi ut et de successorio edicto ex titulo 16 et carboniano ex titulo 17 / Die 14 De successione coniugum ex titulo 18 disserui, juncto titulo 10 de repudianda bonorum possessione. / Diebus 17, 18, 20, 21 [et] 24 Ex titulo 20 materiam collationis prolixe exposui. / Diebus 25, 27, 28 [et] 31 Testamentum militis tum ex iure civili, tum ex ordinatione notariorum excussi. / Mensis Novembris / Diebus 1, 3, 4, 7 [et] 8 ex titulo 22 Exposui, quinam testamenta habere possunt, vel non, praecipue de coecis et quae ad eorum testamenta requirantur, ut et de surdis et mutis egi. / [30 r] / Diebus 10 et 11 Propter iter necessarium legere non potui. Lectiones publicas dierum 14, 15, 17 et 18 partim nundinae Helmstadienses, partim auctio publica intercipiebat. / Diebus 21, 22, 24, 25, 28 et 29 De testamentis publicis, privatis parentum inter liberos ut et rusticorum legi. / Mensis Decembris / Diebus 1, 2, 5 et 6 Quinam haeredes possint institui vel non h.e. haeredis actionem passivam ineant ex titulo 24 demonstravi. / [30 v] / Diebus 8, 9 [et] 12 De institutionibus et substitionibus in genere ex titulo 25. legi. / Diebus 13, 15 [et] 16 De substitutione pupillari et quasi pupillari ut et aliis eo pertinentibus quaestionibus ex titulo 27 actum fuit. / Diebus 19, 20 [et] 22 De literis praeteritis vel exhaeredatis ex titulo 28 discursum institui. Semel hoc trimestri spatio publice disputavi / Georgius Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2530, Fol. 29 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 03.04.1702–30.06.1702 |
| Text | ANNO MDCCII / Mensis Aprilis / Die 3 [et] Die 4 Erant nundinae Helmstadtienses / Diebus 6, 7 et 10 Textus tituli 24 de heredibus instituendis agentes, et quae nam persona heredis factionem passivam non habeant explanavi / Deinde incidebant feriae Paschatos usque ad Diem 27 Quo et sequenti Die 28 De substitutionibus in genere, et praecipue vulgari ex titulo 25 legi / Mensis Maius / Diebus 1 et 2 Exposui textus tituli 26 praecipue de pupillari et quasi pupillari substistutione agentes / Diebus 4 et 5 De liberis |

| | |
|---|---|
| | praeteritis vel exheredatis legi, simulque authenticas non licet et ex op [?] causas exheredatis ex novella 115 caput 3 interpretatus sum / [v] / Die 8 ex titulo 29 explicui, quod posthumi heredes instituendi vel exheredandi sint / Diebus 9 ,11, 12 [et] 15 De iure deliberandi, transmissionis, et confectione inventarii ex titulo 30 legi / Die 16 Erat consistorium / Die 18 Ea quae ex materia conficiendi inventarii residua erant, super addidi / Die 19 De repudianda ex abstinenda hereditate textus titulo 31 explicavi / Die 22 Publicae preces pro conservatione frugum habebantur / Die 23 De apertura et inspectione testamentorum ex titulo 32 disserui / Die 25 Erat festum ascensionis christi / Die 26 Remedium l. fin. C. de edicto / Divi Adriani tollendo exposui / Diebus 29 et 30 De his qui testari prohibent vel cogunt, ut et de indignis quibus hereditates auferuntur ex titulis 34 et 38 lectiones habui / [23r] / Mensis Iunius / Diebus 1 et 2 De codicillis legi cum primis legem finalem titulum 36 explicans / Postea cessavi à lectionibus publicis propter ferias pentecostales usque ad / Diem 15 Quo die ut et 26,19, 20, 22, 26 explicavi materiam legatorum / Diebus 27, 29 et 30 De verborum et rerum significatione ex titulo 38 disserui / Hoc trimestri spatio disputatio publica de salva guardia sub meo praesidio habita est / Georg Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2531, Fol. 22 f. |
| | |
| Zeitraum | 03.07.1702–27.09.1702 |
| Text | ANNO MDCCII / Mensis Iulius / Dies 3 Propter publicum consistorium non legi. / Die 4 An omissa causa testamenti liceat heredi testamentario ab intestato succedere ex titulo 39 libri VI explicavi. / Die 6 An sub illa conditione sive viduus vel vidua ad secundas non transeat nuptias, fieri possit heredis institutio ex titulo 40 ostendi. / Die 7 Publicum consistorium intercipiebat lectionem ut et / Diebus 10 & 11 Nundinae oppidanae. / Die 13 De his qui poenae nomine relinquuntur ex titulo 41 egi. Quia [?] & materiam fidei commissorum coepi explicare ex titulo 42. Quam continuavi die 14. / [v] / Diebus 17 & 18 Erat consistorium publicum & Die 20 Mutatio vice rectoratus. / Diebus 21, 24 [et] 25 Absolvi materiam fidei commissorum. / Diebus 27 [et] 28 Consideravi ex titulo 43 communia legatorum & fidei commissorum. / Die 30 Erat consistorium. / Mensis Augustus / Die 2 An falsa cause adiecta legatis vel fidei commissis ea vitiet ex titulo 44 perduxi. / Die 3 De modalibus ex titulo 45. / Die 7 De conditionalibus legatis & fidei commissis ex titulo 46 legi. / Dies 8 Consistorio privato interfui. / Dies 18 De usuris & fructibus legatorum vel fidei commissorum ex titulo 47. / Die 11 De incertis personis quatenus ipsis aliquid legari vel per fidei commissum relinqui possit ex titulo 48 docui. / [25r] / Incidebant postmodum nundinae Brunsvicenses usque ad 21 diem. Ubi coepi explicare materiam Sancti Trebelliani diebus 22, 24 & 25 / Diebus 27, 28 & 30 Coepi superaddere materiam legis falcidiae / Mensis Septembris / Die 1 Materiam legis falcidiae absolvi. / Diebus 4 & 5 Erat mercatus oppidanus. / Diebus 7, 8 & 11 Ex titulo 51 & materiam de caducis tollendis, quae adhuc usum praesent, ostendi. / Die 12 Ius transmissionis ex lege theodosiana iuxta titulum 53 ostendi. / Die 15 Quando legatorum vel fidei commisorum nomine immissio fieri vel cantio praestari debeat ex titulo 54 docui. / [v] / Diebus 18 & 19 De suis & legitimis liberis ex titulo 55 legi. / Die 21 Erat consistorium publicum. / Die 25 Senatus consultum Tertullianum exposui ex titulo 56. / Die 26 Oratio publica habebatur. / Die 27 Senatus consultum Orsicianum ex titulo |

| | |
|---|---|
| | 59 exposui. / Georgius Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2531, Fol. 24 f. |
| | |
| Zeitraum | 09.10.1702–30.11.1702 |
| Text | MENSIS OCTOBRIS / Diebus 9 et 10 / Communia de successionibus ex titulo 59 libri 6 codicis explicui. / Diebus 12 et 13 De bonis maternis et materni generis ex titulo 60 disserui. / Diebus 16 et 17 Propter consistoria non legi. / Die 19 Habebatur oratio hora decima antemeridiana meis lectionibus publicis destinata. / Diebus 20, 23 et 24, 26, 27 De administratione bonorum, quae liberis in potestate patria constitutis acquiruntur ex libro [titulo?] 61 legi. / Die 30 Superaddidi expositionem tituli 62 et ultimi. / MENSE NOVEMBRI ET DECEMBRI / Partim propter consistoria partim propter incommodam valetudinem legere non potui. / Georgius Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2531; 37 Alt 211 Heft 1, Fol. 25 f.; Fol. 94 |
| | |
| Zeitraum | 15.01.1703–22.03.1703 |
| Text | ANNO MDCCIII / Mensis Ianuarius / Die 15 Lunae et 16 Martis titulum 60 de bonis maternis agentem exposui. / Die 18 Iovis, 19 Veneris, 22 Lunae, 23 [et] Martis, 26 Veneris de bonis quae liberis in potestate patria constitutis ex matrimonio vel alias acquiruntur et eorum administratione ex titulo 61 egi. / Die 25 Incidebat mutatio Vice Rectoratus. / Die 29 Lunae de hereditatibus decurionum, quibus hodie aequiparantur senatores municipales, et militum, similiumquo personarum ex titulo 62 et ultimo legi. / Mensis Februarius / Die 1 Iovis ex titulo I et sequentibus usque ad titulum 14 de ingenuis et manumissis libri VIII notatu digna docendo proposui. / Sequenti hebdomada inciderunt nundinae Brunsvicenses. / [v] / Die 12 Lunae et 13 Martis practicam libri Dessamari [?] 5 proposui, simulque remedium liber Si contendant 28 sequentes de fideiussoribus et mandatis uti remedium iuni [?] priori affine explicavi addendo insuper differentias utriusque remedii. / Die 15 Iovis et 16 Veneris de ordine cognitionum si plures lites moventur ex titulo 19 egi. / Die 19 Lunae Quod tantum de statu defunctorum per quinquennium queri possit ex titulo 21 demonstravi. / Die 20 Martis De usucapione pro emtore vel transactione ex titulo 26 / Die 22 Iovis De usucapione pro donato ex titulo 27 et pro dote ex titulo 28. / Die 23 Veneris De usucapione pro herede legi. / Die 26 Luna Communia de usucapionibus ex titulo superaddidi. / Die 27 Martis De usucapione transfomanda ex titulo / [27r] / et titulis 31 legi. / Mensis Martius / Die 1 Iovis, Die 2 Veneris [et] Die 5 Luna De acquirenda et retinenda possessione ex titulo 32 actum fuit. / Die 6 Martis, 8 Iovis [et] 9 Veneris De praescriptione longi temporis ex titulo 33 legi. / Die 12 Luna In quibus causis cesset longi temporis presciptio explicavi. / Die 13 Martis [et] 15 Iovis Quibus non obiicitur longi temporis prescriptio ex titulo 34 ostendi. / Die 19 Luna et 20 Martis Prescriptionem quadriennii ex titulo 37 explicui. / Die 22 Iovis ne res dominicae hoc est superiorum ecclesiarum et templorum immobiles longo tempore prescribantur occasione tituli 38 docui. Occurrebant reliquis huius mensis diebus nundinae Helmstadienses / [27r] / aliaque impedimenata legitima quo minus publice a legerim. / Georgius Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2532, Fol. 26 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 10.04.1703–25.06.1703 |
| Text | ANNO MDCCIII / Mensis Aprilis / Propter hebdomadam sanctam et subsequens festum paschatos non prius ad praelectiones quam die 10 reversus sum ubi materiam de acquirenda et retinenda possessione ut et die 20 et 23 ex titulum XXXII libri VII codicis legi. / Diebus 24, 26 et 27 De praescriptione longi temporis decem vel viginti annorum ex titulo 33 disserui. / Die 30 In quibus causis cesset longi temporis praescriptio ex titulo 34 demonstravi. / Mensis Maius / Dies 1 Ex titulo 35 perlustravi actiones, quiebus non obiicitur longi temporis praescriptio. / Diebus 3 et 4 Titul 36 et 37 Si adversus creditorem praescriptio oppinatur et quadriennii praescriptionem explicavi. / [v] / Diebus 7, 8 [et] 10 Praescriptionem 30 vel 40 annorum ex titulo 39 exposui. / Die 11 Caepi agere ex titulo 40 de annali exceptione. / Die 14 Fundebantur preces publicae pro conservatione frugum. / Die 15 Absolvi leges tituli 40. / Reliquis huius mensis diebus propter morbum legere non potui. / Mensis Iunius / Die 11 A morbo demum liberatus de Alluvionibus ex titulo 41 legi. / Diebus 12, 14 et 15 Ex titulo 43 Quomodo et quando iudex sententiam proferre debeat praesentibus partibus vel una parte absente ex titulo 43 ostendi. / [29r] / Die 18 Quod sententia ex periculo hoc est scriptura his velitanda ex titulo 44 docui. / Diebus 19, 21, 22 [et] 25 Interpretatus sum textus tituli 45 de sententiis et interlocutionibus omnium iudicum. / Reliquos tres huius mensis dies subduxit iter aliquod necessarium. / Georgius Engelbrecht. |
| Quelle | 37 Alt 2532, Fol. 28 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 05.07.1703–25.09.1703 |
| Text | ANNO MDCCIII / Mensis Iulii / Die 5 An sententia sine certa quantitate proferatur ex titulo 46 libri VII egi. / Die 6 De sententiis quae pro eo quod interest proferuntur, simulque de luxo cessante et damno emergente ex tituol 47 legi. / Die 9 An â non competente iudice sententia pronuciatur [?] ex titulo 48. / Die 10 De poena iudicis malè iudicantis ex titulo 49. Ut et sententiam legitime latam rescindi non possit ex titulo 50 docui. / Diebus 12 et 13 De fructibus et litium expensis ex titulo 51 legi. / Diebus 16 et 17 Erant nundinae Helmstadiensis. / Dies 19 De re iudicata ex titulo 52. / Die 20 De executione rei iudicatae ex titulo 53 disserui. / [v] / Die 23 De usuris rei iudicatae ex titulo 53 disserui. / Die 24 De pluribus una sententia condemnatis ex titulo 55 ut et de iis quibus res iudicata non nocet ex titulo 56 actum fuit. / Die 26 Erat mutatio Vivce Rectoratus. / Die 27 Epistolas, comminationes, programmata nullam rei iudicatae auctoritatem habere ex titulo 57 demonstravi. / Die 30 Ex falsis instrumentis et testimoniis iudicata non valere ex titulo 58 docui. / Diebus 31 et 32 De confessis ex titulo 59 inter alios acta rebus iudicata aliis non nocere ex titulo 60 et de relationibus ex titulo 61 legi. / Mensis Augustus / Diebus 2, 3, 6, 7, 9 [et] 10 Textus tituli 62 de appellationibus agentes explcui. / Diebus 13, 14, 16 [et] 17 Inciderunt nundinae Brunsvicenses solennes. / [31r] / Diebus 20 et 21 De fatalibus appellationum occasione titulo 63 legi, ut et de appellantium beneficio, non deducta deducendi, non probata probandi, vel non satis deducta ulterius deducendi, vel non satis probata melius probandi ex lege 6. Recessu Imperium ultimo et aliis processum constitutionibus harum provinciarum exposui. / Diebus 23 et 24 Quando provocare non est necesse ex titulo 64. / Diebus 27 et 28 Quando appelationes non recipiantur ex 65 |

disserui. / Diebus 30 et 31 Si pendente appellatione mors interveniat, quid obtineat ex titulo 66 de his qui per metum iudicis non appellarunt ext titulo 67. / Et an unus ex plubribus appellare possit ex titulo 68 docui. / Mensis September / Diebus 3 et 4 Erant nundinae oppidanae. / [31v] / Diebus 6 et 7 An liceat de momentanea possessione provocare, et quot vicibus in aliqua causa appellare liceat ex titulis 69 et 70 ostendi. / Diebus 10, 11 et 13 Actum fuit de cessione bonorum ex titulo 71. / Diebus 14, 17 et 18 De bonis autoritate iudicis possidendis ex titulo 72 disserui. / Diebus 20 et 21 De privilegio fisci legi ex titulo 73. / Diebus 24 et 25 De privilegio dotis et revocandis iis que in fraudem creditorum alienata sunt ex titulo 74 edt 75 legi. / Semel disputavi de collatione iuris civilis cum iuribus harum provinciarum non quidem omnibus sed solum iuribus personarum, in realleoque [?] etiam successionum tam ex testamentis, quam ab intellecto. / Georgius Engelbrecht

| | |
|---|---|
| Quelle | 37 Alt 2532, Fol. 30 f. |
| Zeitraum | 08.10.1703–20.12.1703 |
| Text | ANNO MDCCIII / Octobris / Die 8 Librum lodicis octavum exorsus fui, ex titulo 1 materiam de interdictis in genere explicando. / Die 9 Superaddidi expositionem titul 2 et 3 de materiis, quorum bonorum et quorum legatorum agentis. / Diebus 11 [et] 12 Interpretatus sum textus titul 4 et in eo contentum interdictum unde vi. / Die 15 Erat festum Academiae. / Die 16 Si per vim vel alio modo absentis perturbata sit possessio, quid obtineat ex titulo 5 docui. / Die 18 De interdicto uti possidetis et tabuli exhibendis ex tituli 6 et 7 legi. / Die 19 De liberis ex hibendis et de precario al salviano interdicto ex tituli 8 et 9 disserui. / Die 22 Praecipua de cedificiis privatis ex liber 10 adduxi. / Die 23 De Novi operis nuntiatione ex titulo 11 actum fuit. / Die 25 et 26 De operibus publicis et ratiociniis operum publicorum ex titul 12 et 13 legi. / Diebus 29 et 30 Capi explicare sextus titul 14 de pignoribus et hypothecis. / [v] / Novembris / Die 1 Continuavi expositionem legum de pignotibus et hypothecis ex titulo 14. / Diebus 2 et 5 Erant consistorium. / Die 6 Absolvi titul 4. / Die 8 Habebatur oratio. / Die 9 De Pignore tacito ex titulo 15 disserui. / Diebus 12 et 13 Incidebant nundinae Helmstadienses. / Die 15 Ab et quatenus res aliena pignori dari possit ex titulo 16 demonstravi. / Diebus 16 et 19 Propter in commodam valetudinem non legi. / Diebus 20 et 21 Qua res pignori clari possunt vel non ex titulo 17 exposui. / Die 23 Erat consistorium. / Diebus 26, 27, 29 et 30 Qui potiores inpignore habeantur ex textibus titul 18 demonstravi. / Mensis Decembris / Die 3 De his qui in priorem reditorum locum succedant ex titul 19 legi. / [33r] / Die 4 Si antiquior creditor pignas vendident et si communis res pignos data sit, quid locum habeat ex titul 20 et 21 docui. / Die 6 et 7 De praetorio pignore si in causis iudicati pignus captum sit, et si pignus pignori detur, quid ottineat ex titul 22, 23 et 24 demonstravi. / Diebus 10 et 11 De remissione pignoris et ob chirographariam peccuniam pignus teneri posse ex titul 26 et 27 ostendi. / Diebus 13 et 14 Lectiones de distractione pignorum ex titulo 28 habui. / Diebus 17 et 18 Debitorem venditionem pignoris impedire non posse et an actio rendito pignore adhuc locum habeat ex titul 29 et 30 demonstravi. / Die 20 De luctione pignoris de haereditus tum creditoris tum debitoris et de aliis eo pertinentibus et titulo 31, 32, 33 legi. / Subsequebatur festum nativitatis christi. / Georg Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2532, Fol. 32 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 14.01.1704–07.03.1704 |
| Text | Anno MDCCIV / Mense Ianuario / Die 14 Ad lectiones Codicis publicas reversus de Praeloico pignali [?] eiusque actionibus ex titulo 22 libri 7 Codicis / Die 15 De pignore in causa iudicati capto tam de iure civili quam hodierno legi / Die 18 Mutatio Vice Rectoratus interrumpebat lectiones / Die 22 Exposui materiam de remissione pignoris ex titulo 26 / Die 24 An et quatenus ob chirographariam pecuniam pignus teneri possit, ex titulo 22 exposui / Diebus 25, 28 et 30 De distractione pignorum ex libro 8 disserui / Die 31 Debitorem Venditionem pignoris impedire non posse ex titulo 29 demonstravi / Mense Februario / Die 4 An vendito pignore agatur ex titulo 30 explicui / Diebus 5, 7 et 8 De luitione pignoris: Si unus expluribus heredibus creditoris vel debitoris partem suam debiti solverit vel decesserit, vel etiam pignoris conventionem numeratio pecuniae secuta non fuerit quid iuris sit ex Titulis 31,32 et 33 docui / [v] / Diebus 11 et 12 De iure dominii impetrando et quidem hodierno etiam iure docui ex titulis 34 / Die 14 De pactis pignorum et de lege commissoria in materia pignorum non admittenda ex titulo 35 eiusque libri 13 praecipue explicavi / Diebus 15, 18 et 19 De exceptionibus vel praescriptionibus ex titulis 36 / Diebus 21 et 22 De litigiosis ex titulo 37 / Diebus 25, 26 [et] 28 De contrahenda et committenda stipulatione ut et inutilibus stipulationibus ex titulis 38 et 39 legi / Die 29 De duobus reis stipulandi et promittendi ex titulis 40 lectionem habui / Mensis Martiis / Diebus 3, 4, 6 [et] 7 De fideiussoribus et mandatoribus late actum fuit ex titulis 41 / Incidebant postea nundinae Helmstadienses et Feriae paschales / Georgius Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2533, Fol. 24 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 20.11.1704–20.12.1704 |
| Text | Anno MDCCIV / Mensis December / Postquam Die 20 Novembris clementissimè demandatam Professionem iuris extraordinariam solenni oratione auspicatus sum, & edito peculiari Programmate futuri laboris rationem exposui: Die 5 Huius mensis publicam selectiorum Novellarum interpretationem exorsus de earum origine, usu & auctoritate nec non singulari prae caeteris iuris partibus difficultate, et inordinata compositione quaedam praefatus sum / Die 8 De variis Novellarum versionibus, edictionibus, et potissimis interpretibus egi et absolvi praecognita illa / Die 9 Aggressus sum Novellae 1 interpreationem, et occasione Praefationis eiusdem, quibus personis legitima debeatur item an, et quatenus haec liberis et parentibus iure naturae competat adeoque statutis tolli possit nec ne? Pluribus exposui / [v] / Die 11 Ex eiusdem Novella 1 Quaenam iure novissimo in heredem defuncti voluntatem adimplere recusantem constituta sint, excussi. / Die 12 Superaddidi ea quae de hoc argumento adhuc restabant, et annon hi Ordines successionum ob contumaciam heredum, qui in hoc capite eleganter sunt expressi, adhuc hodie usum habeant item an post hanc Novellae dispositionem destitutum testamentum dari possit ad toquidum [?] deduxi / Die 15 Ex capite 2 enucleavi casus illos eleganter in quibus iure novissimo detrectatio quartae Falcidiae cesset / Die 16 Progressus sum ad utilissimam materiam inventarii / Die 18 Continuavi insigne hoc argumentum / Die 19 Subiunxi duo illa, quae adhuc restabant, huius Novellae capita / [26r] / |

| | |
|---|---|
| | Die 20 Publicam disputationem ad Librum XVI,XVII,XVIII Digestorum habui. Reliquas lectiones intercipiebant Feriae Nativitatis Christi / Georgius Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2533, Fol 25 f. |
| | |
| Zeitraum | 31.12.1704–28.02.1705 |
| Text | Anno MDCCV / Mensis Ianuarius / Die 13 Ad publicam iuris novissimi ex selectioribus Novellarum textibus expositionem reversus occasione novellae 11. argumentum de Secundis nuptiis enucleare coepi. / Die 15 Erat mutatio Vice Rectoratus. / Die 16 Insignes nonnullas quaestiones ad materiam secundarum nuptiarum ad huc pertinentes ex reliquis novellae II capitibus decidi. / } Diebus 19 et 20 Commentatus sum ad novellam IV. de fideiussoribus et mandatoribus et ex prioribus eiusdem capitibus de beneficio ordinis et cedendarum actionum egi. / Die 22 Superaddidi ultimum eiusdem novellae caput de datione in solutum. / [v] / Diebus 23 et 26 De non alienandis aut permutandis rebus ecclesiasticis immobilibus, et solemnitatibus in earum alienatione observandis ex novella VII et novella XLVI disserui. / } Diebus 27, 29 et 30 De precaria contractu libellario, emphytensi ecclesiastica, hypotheca et antichresi disputavi. / Mensis Februarius / Die 3 Praemisi expositioni novellae IX aliqualem de temporibus praescriptionum in genere tractationem. / Diebus 5 et 6 Ex novella IX et CX et CXIII iuncta Authoritate Quaestionis actiones C. de Sacrosanctis Ecclesiis An quoad praescriptionem differentia inter ecclesiam Romanam et alias intercedat et quali praescriptione [20r] ecclesiae et alia Sacra loca imo et civitates utantur monstravi. / Deinde incidebant nundinae Brunsvicenses. / } Diebus 17 [et] 19 Novellam XII de incestis et nefariis nuptiis. / Die 20 Novellam XV. de defensoribus civitatum explicui. / } Diebus 23, 26 [et] 27 Singula nobilissimae Novellae XVIII. capita plenius excussi. / Mense Martius / Die 2 Aggressus sum Novellae XXII interpretationem. / } Diebus 3 et 5 Ex eiusdem novellae capite 23 et sequentibus elegantes nonnullos casus ad materiam secundarum nuptiarum spectantes, et in expositone Novellae II praetermissos proposui. / } Diebus 6 et 9 Novellam XXIII. de Appellationibus. / [v] / } Diebus 10 et 12. Novellae XXXII, XXXIII et XXXIV de his qui pecuniam credunt agricolis iuncta Reformatione Politice de Annis 1548 et 1577 titulum Von Verkauffung der Früchte im Felde auch Korn und Wein gülten perge explanavi. / Die 13 Ad Novellam XXXIX et CVIII Materiam de restitutione hereditatis tradere incepit. / Die 16 Continuavi hoc argumentum ex eximiam illam quaestionem: an ex quatenus liberi duplicem quartam legitiam et Trebellianicam detrahere possint ad liquidum deduxi. / Die 17 Eiusdem Novellae caput II de muliere quae parit undecimo mense post mortem mariti adsolvi. / Diebus 19 [et] 20 Ad Novellam XLVII instrumentis a notariis solennes olansulas inferri imo annum et indictionem adiici debere, ostendi. / Diebus 23, 24, 26 [et] 27 Ad Novellam XLIX de Appellationibus iure iurando calumniae egi. / Habita <non> fuit sub meo praeiudio dissertatio de iudicibus metallicis / Georgius Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt, Nr. 2534; 37 Alt 211 H.2, fol.19-20; fol.141-142 |
| | |
| Zeitraum | 07.01.1709–21.03.1709 |
| Text | ANNO MDCCIX / Mense Ianuario / Ad publicas iurisprudentiae criminalis praelectiones reversus die 7 et 8 ex articulo 30, 31, 32. Constitutionis Carolina |

de semiplena probatione, indiciis ex inculpati vel etiam convicti nominatione sociorum criminis, atque confessione ipsius rei extra iudicium facta egi. / Diebus 10 et 11 Occasione articuli 33 et 34 indicia legitima homicidii tum clandestini, tum manifesti in rixa, tumultu et hominum concursu perpetrati ad liquidum deduxi, demonstrata simul purgationum vulgarium in specie iuris, uti vocant, fereti vanitate. / Die 14 Praelucente articulo 35 et 36 indicia infanticidii enulceavi. / Diebus 15 et 17 Ex articulo 37, 38, 39, 40 de indiciis veneficii, rapinae, sociorum et receptatorum furum atque praedonum disquisivi. / Diebus 18, 21, 22, 24 et 25 Ex articulo 41, 42, 43, 44 de indiciis incendii dolosi, proditionis furti et magiae disserui sub examen simul vocatis neotericorum nonnullorum de indiciis magiae sententiis. / [v] / Die 28 Occasione articuli 45 materiam de quaestionibus aggressus sum. / Die 31 Ex articulo 46 et 47 de seria interrogatione et comminatione rei ante torturam, atque defensione eidem permittenda egi. / Mense Februario / Die 1 Ex articulo 48 modum formandi articulos inquisitionis in delicto homicidii demonstravi. / Incidebant deinde nundinae Brunsvicenses. / Diebus 14, 15, 18 [et] 19 Quomodo ratione delicti proditionis, veneficii, incendii, magiae, imo cuiusvis generationis delicti interogationes a iudice fieri debeant, ex articulo 49, 50, 51, 52, 53 declaravi. / Die 21 Occasione articuli 54 et 55 de inquisitione indicatarum a reo circumstantiarum a iudice instituenda, et annon, si confessiones hae falsae confictaeque sint, tortura repeti possit, disputavi. / Die 22 Suggestionem a iudice evitandam esse, et quale sit eiusdem officium si tortus confessionem revocet, ex articulo 56 et 57 ostendi. / Diebus 25, 26 et 28 Ex articulo 58 et 59 gradus torturae, et quomodo infirmi, valetudinarii, et vitio corporis laborantes eidem subiici debeant, uberius persecutus sum, et / [17r] / simul exposito articulo 60 materiae quaestionum colophonem imposui. / Mense Martio / Die 1 Quomodo iudex procedere debeat, si reus in tortura delictum constanter negavit, et annon hoc casu accusator ad probandum admittendus sit, ex articulo 61 et 62 edocui. / Diebus 4, 5, 7, 8, 11, 12, 14 et 15 Articulos 63, 64, 65, 66, 67, 68, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76 De Festibus in materia criminali agentes explicui. / Diebus 18 [et] 19 Erat mercatus oppidanus. / Die 21 Annon reus de criminie convictus, neque tamen id ipsum fateri volens, absque tortura condemnari possit, ad ductum articuli 69 indagavi inculcata simul saluberrima constitutione ex articulo 77 de abbreviando processu criminali. Reliquos labores publicos intercipiebant hebdomas magna et feriae Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi. / Habui etiam hoc trimesti Spatio disputationem publicam de Poena temere litigantium, officio iudicis, et publicis iudiciis. / Georgius Engelbrechtus

| | |
|---|---|
| Quelle | 37 Alt 2538, Fol. 16 f. |
| Zeitraum | 08.04.1709–28.06.1709 |
| Text | ANNO MDCCIX / Mense Aprili / Ad publicos meos iurisprudentiae criminalis labores me iterum accingens diebus 8, 9, 11, 12, 15, 16, 18, 19 articulos 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 92, 93 de modo et solennitatibus in iudicio capitali observandis egi. / Diebus 22 [et] 23 De publicatione sententiae, et fractione baculi ex articulo 94, 95, 96 disquisivi. / Diebus 25, 26, 29 [et] 30 Articulos 97, 98, 99, 100, 101 explicui. / Mense Maio / Die 2 Ex articulo 102 et 103 de adiungendis reo ad mortem condemnato sacerdotibus horumque officio egi. / Die 3 Poenas iure veteri proditas secundum Constitutiones has |

Imperiales et temporum regionumque usum explicandas esse, et quomodo / [v] / iudices in illis casibus, quibus poenae certae non sunt statutae Jozotum [Jurisperitorum?] consilia et sententias requirere debeant ex articulo 104 et 105 inculcavi. / Die 6 De poena blasphemiae ex articulo 106 disserui. / Die 7 De poena periurii ex articulo 107 et 108 disquisivi. / Die 9 Erat Festum Ascensionis domini nostri Iesu Christi. / Die 10 De poena magiae et veneficii ex articulo 109 disputavi. / Die 13 De poena famosi libelli ex articulo 110 egi. / Diebus 14 et 16 De poena falsae monetae, et siquis sine privilegio monetam cudat, ex articulo 111 disserui. / Die 17 Articulos 112 et 113 de crimine falsi agentes explanavi. / Incidebant deinde Feriae Pentecostes. / [19r] / Diebus 30 et 31 Articulos 114 et 115 de poena termini moti et criminis praevaricationis agentes interpretatus sum. / Mense Iunio / Diebus 3, 4, 6, 7, 10, 11, 13, 14 [et] 17 De poena sodomiae, incestus, raptus virginum, stupri violenti, adultorii, bigamiae, poligamiae, et lenocinii praelucentibus articulis 116, 117, 118, 119, 120, 121, 122, 123 egi. / Diebus 18, 20 [et] 21 Ex articulis 124, 125, 126 poenam proditionis, incendii dolosi, et grassatorum ad liquidum deduxi. / Die 24 Erat Festum Iohannis Baptistae. / Diebus 25, 27 [et] 28 Articulos 127, 128 et 129 de poena seditiosorum, eorumque, qui animo alios offendendi aufugiunt, atque poena concussionis agentes enucleavi. / Georgius Engelbrecht

| | |
|---|---|
| Quelle | 37 Alt 2538; 37 Alt 212 Heft 1, Fol. 18 f.; Fol. 63 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 01.07.1709–31.08.1709 |
| Text | ANNO MDCCIX / Mense Iulio / Diebus 1, 4 et 5 De poena veneficii, infanticidii expositionis infantum, abacti partus, medicorum medicamentis aegrotum occidentium, et autocheiriae praelucentibus articulis Constitutionis Criminalis 130, 131, 132, 133, 134, 135 publicis praelectionibus egi. / Die 8 An actio de pauperie noxalis per articulos 136 et 150 sit sublata inquisivi, et simul poenam latronum, Sicariorum assassinorum ex articulo 137 derivari. / Diebus 9 et 11 Occasione articuli 138, 139, 140, 141, 142, 143, 144, 145, 146 de moderamine inculpatae tutelae et hominidiis casualibus disquisivi. / [v] / Die 12 De inspectione cadaveris et testimoniis medicorum et chirugorum ex articulo 147 et 149 egi. / Die 15 De homicidio in rixa facto aliisque homicidorum generibus in quibus nulla culpa admissa ex articulo 148, 150 et 151 disserui. / Die 16 De cautionibus reorum ad probationem exceptionis se se offerentium et favore defensionis ex articulo 153, 154, 155, 156 disputavi. / Diebus 18, 19, 22 [et] 23 Articulos 157, 158 et sequentes usque poenis agentes interpretatus sum. / Diebus 25, 26, 29 [et] 30 Articulum 176, 177, 178, 179, 180, 181, 182, 183, 184, 185, 186, 187, 188, 189, 190 ad liquidum deduxi. / Mensis Augustus / Diebus 1, 2, 5, 6, 8 [et] 9 Expositis iis qui adhuc super / [21r] / erant Constitutionis Carolinae articulis publicis iurisprudentiae Criminalis praelectionibus colophonem imposui. / Incidebant deinde nundinae Brunsvicenses. / Duas etiam Mense Augusto disputationes publicas habui, unam de iurisdictione alta et bassa, alteram ad Libros Pandectarum terribilis, et mense Septembri iterum aliam ad hos libros. / Georgius Engelbrechtus |
| Quelle | 37 Alt 2538; 37 Alt 212 Heft 1, Fol. 20 f.; Fol. 65 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 24.10.1709–20.12.1709 |
| Text | ANNO MDDCCIX / MENSE OCTOBRI / Publicam Institutionum Imperialium interpretationem aggresus. / Diebus 24 et 25 Historiam iuris publice proposui. |

| | |
|---|---|
| | / Diebus 24, 29 [et] 31 Prooemium Libri I titulum 1 et 2 explicui. / MENSE NOVEMBRI / Diebus 1, 4 et 5 Titulum 3, 4, 5, 6, 7 et 8 explicavi. / Die 7 Titulum 9 de patria potestate interpretatus sum. / Diebus 11, 12, 14 [et] 15 Ad titulum 10 de Nuptiis commentatus sum. / Incidebat deinde mercatus oppidanus. / Diebus 26, 28 et 29 Titulum 11, 12 et 13 enucleavi. / [v] / MENSE DECEMBRI / Diebus 2, 3, 5 et 6 Titulum 14, 15, 16, 17, 18, 19 collato textu Reformationis Politicis de Anno 1548 titulum 31 et 1577 titulum 32 commentationibus illustravi. / Diebus 9, 10 [et] 12 Titulum 20, 21, 22 ad liquidum deduxi. / Diebus 13, 16, 17, 19 [et] 20 Titulis 23, 24, 25, 26 expositis librum 1 absolvi. / Reliquas meas praelectiones intercipiebant feriae Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi. / Georgius Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2538, Fol. 22 |

## Zitierhinweis

Prof. Georg d. Ä. Engelbrecht. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: https://uni-helmstedt.hab.de/prof-62-engelbrecht [22.08.2026]